



IN HOSEAM PROLEGOMENA.

Zachar. 12, 7.

הוֹשֵׁעַ יְהוָה אֶת-אֶהֱלִי יְהוּדָה:



*A*D Hoseæ explicationem quando bono cum Deo tandem accedimus, more consueto $\omega\epsilon\sigma\lambda\epsilon\gamma\omicron\mu\alpha$ præmittemus, & quidem tantum illa hæctenus à nobis usurpata, cum (quod possum, ubi opus est) ut prolixius exponam, cur absoluto ferè ante annos quatuor Malachia nunc demum animum ad hunc Hoseam commentario quodam illustrandum appellem, & cur inter minores prophetas (quos vocant) primum ultimo loco explicare aggrediar, minus necessarium esse ducam, siquidem utrumq; pleriq; apud nos jam ante norunt, & cur notis id pluribus prædicarem? $\Pi\epsilon\sigma\lambda\epsilon\gamma\omicron\mu\alpha$ igitur hæc septem more nostro breviter edifferemus, 1. Quis, 2. Quid, 3. Quando, 4. Quibus, 5. Qua occasione, 6. Quo fine, & 7. deniq; quotuplicia prophetaverit.

1.

Quis fuerit ipse cap. 1. v. 1. indicat, videlicet הוֹשֵׁעַ , filius בְּנֵי אֵרִי , quorum illud prophætæ ipsius, hoc patris nomen fuit proprium, & si interpreteris, illud Salvatorem, ab הוֹשִׁיעַ , id est salvavit: hoc vel explanatorem & sacrarum literarum interpretem, si à Radice בְּנֵי id est declaravit, deducas, vel si à derivativo ejus בְּנֵי id est puteus, qui claram, vivam, scaturientem & liquidam aquam continet, $\epsilon\tau\omicron\mu\omicron\nu$ ejus sumas, eum

B

denotat

Hoseas cur nunc demum explicetur.

$\Pi\epsilon\sigma\lambda\epsilon\gamma\omicron\mu\alpha$ 7.

1. Quis.

הוֹשֵׁעַ

בְּנֵי